



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 98. Martini Chemnitii exitium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

§. XCVIII.

*Martini Chemnitii exitium.*Sæcnl. XVI.
A.C. 1586.

Inter hæreticos Scriptores hoc anno Thu. l. 84.
 mortuos primum locum sibi vindicat Teiff. elog.
 Martinus Chemnitius Britzæ in veteri des homm.
 Marchionatu Brandenburgico natus, illustr.
 qui a Patre suo Lanifice sedulo educatus Melch. A-
 fuit, atque humaniores literas Philip- dam vit.
 pi Melanchtonis, & Georgii Sabini Theol. Germ.
 magisterio usus Wittenbergæ, & Fran-
 cofordix ad Oderam didicerat: postea
 autem Philosophix studiis, prout a
 Protestantibus tradi consueverat, to-
 tum sese dedicans tam amplos fecit pro-
 gressus, ut mortuo Melanchtone Magi-
 stro suo inter celebriores numeraretur
 Theologos, quos Confessionis Augusta-
 næ Ecclesia produxit: insuper Chem-
 nitius Mathesi, & Astronomix operam
 navabat, suæque eruditionis fama plu-
 rimum suæ sectæ Principum benevolen-
 tiam aucupabatur, atque inter eos
 Fridericus II. Daniæ Rex, Ludovicus
 Elector Palatinus, Augustus Saxonix
 septemvir, Joannes Georgius Bran-
 denburgicus Elector, pluresque alii ad-
 ulterinæ reformationis Principes a
 Chemnitii consiliis pendebant, quoties
 de rebus Ecclesiasticis quædam conten-
 tio oriebatur: denique post plurima
 opuscula in hæresis suæ defensionem
 edita,

Sæcul. XVI.
A.C. 1586.

edita, præcipue concinnabat Evangeliorum Harmoniam, & examen doctrinæ Concilii Tridentini. Tandem die octava Aprilis Brunsvici, ubi per triginta annos literas tradiderat, anno ætatis suæ sexagesimo quarto periit.

§. XCIX.

Lavateri, & Gualteri interitus.

*Thu. l. c.
Verbeihen.
élog. præst.
Theol.
p. 201.*

Alius etiam Scriptor ex Protestantium schola eodem hoc anno animam evomuisse dicitur. Is erat Ludovicus Lavaterus Tiguri natus, qui linguarum peritia clarus magnum sibi nomen inter suæ sectæ fautores comparabat. Duxerat is Filiam Henrici Bullingeri, cujus etiam opera edidit, illiusque, ac Conradi Pelicani vitæ historias conscripsit: insuper posteris reliquit quædam opuscula dogmatica, atque inter alia *historiam de origine, & progressu controversiæ sacramentariæ circa Cœnam Domini*, necnon tractatum de spectris, præter plures alios libellos, quibus se commendatum reddidit, tandemque obiit hoc anno die decima quinta Julii.

Eodem hoc anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo sexto morte extinctus periit Rudolphus Gualterus itidem Tigurinus, illiusque Ecclesiæ Pastor, ac Josiæ Simleri socer, qui Zwinglii Filix desponsatus in sua Patria
Decla-